



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1612

20 Quaedam alia dubia, circa accusatione[m], et accusatorem diluuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14014

uetentiam ad quam obligatur versus eum, quem accusate intendit; utputa si seruus, aut libertus, aut valetus velint accusare dominos suos, vel si laicus velint accusare clericum. Repellitur etiam quandoque propter amorem, ad quem obligatur, utputa maritus versus uxorem, aut frater versus fratrem.

Tertiò notandum est, Omnes illi, qui regulater, & iure prohibiti sunt accusare, admittuntur nihilominus indistinctè ad accusandum etiam ex iuste communi, si suam, vel suorum iniuriam persequantur. *l. Hi autem omnes, ff. De accusationibus.*

Dubium septimum, Quot modis accusatio reddatur iniusta? Respondet utribus modis. *vt colligitur ex l. i. ff. ad senatus consultum Trebellianum, & de abolitionibus, & apud Gratianum 2.9.3.4. si quem paenituerit, & apud San. Thomam 2.2.9.68. art.3*

Primo, calumniando, quando scilicet accusator falsum etiū imponit, qui eo ipso peccat mortaliter, & tenetur restituere omnime damnum illatum accusato, *cap. fin. de calumniatoribus.*

Secundo, tergiversando, quando scilicet accusator in totum à lite recedit sine auctoritate iudicis, si roges, an in conscientia sui peccarum, si recedat à lite in totum sine auctoritate iudicis? Respondet, in foro exteriori puniri pena pecuniorum quinque librarum auti, *ff. de prævaricatoribus. l.3.* In foro autem conscientiae esse quidam peccatum, si ex aliquo fine malo procedat; non tamen si recedat ex aliqua rationabilis causa, utputa, si recedat, quia competit esse innocentem, quem accusauit, aut si ex misericordia, pietate, vel charitate à lite desistat.

Tertiò, praetvaricando, quando scilicet accusator cum re colludit, adiunxit partem aduersam, falsas probationes adducendo, veras dissimulando. Quid si roges, utrum huiusmodi accusator peccet? Respondet, in foro exteriori puniri iudicis arbitrio. *l. i. & 2. ff. de prævaricatoribus.* In conscientia vero peccare quidam, si aliqua falsitate, vel prohibitis vtratu; non tamen peccare in his casibus, in quibus posset licet ab accusando desistere, si nulla falsitate, aut prohibitis vtratu.

Dubium octauum, Utrum quis possit reum accusare, postquam veram sui peccati penitentiam egevit? Respondet posse, sic Innocentius communiter receptus *in c. De his, de accusat. & Glossa ibidem.* Ratio huius est, quia per penitentiam sans sit Deo, sed per punitionem in iudicio impositam, satisfit Reipub. ut exterius timeant, & metu penae a peccatis deterreantur, & consequenter omnes in pace, & quiete vivant. Vnde supra diximus, reum possit accusari, eniam si sit plenè emendatus, & correctus, quia accusatio non est iustitia, ut denuntiatio ob priuatam emendationem proximi, sed ob publicam malefactoris & criminis punitionem, & penam.

Quædam alia dubia circa accusationem, & accusatorem diluuntur.

CAPUT XX.

DVÆYM primum, an fiscales, aduocati, procuratores, & ceteri iustitiae officiales, qui ex officio suo tenentur denuntiare, vel accusare delinquentes, peccant, si non accusent, vel denuntient. V.g. tenentur denuntiare arma defensiva certi generis, vel certi anni temporibus, & in certis locis prohibitis. Item, transferentes ex uno loco in alium merces absque hoe, quod manifestent eas, ut certum quod soluant. Item transferentes res prohibitas, item, post campanam pulsam noctu per vias deambulantes. Item, non soluentes gabellas, vel vecigia, vel cedentes ligna, venientes, aut pescantes, aut sua pecora pacientes in locis, vel temporibus prohibitis, & similia? Respondet,

detur ex Medina, *de restitutione questione 12.* & Navarro in *Manuali cap. 17. num. 122.* istos in duobus casibus non peccare, saltem mortaliiter.

Primo, quando non denuntiant eos, qui faciunt contra leges humanas, eo quod id faciant extrema, vel gravi aliqua necessitate compulsi. V.g. si quis cedat ligosa filii, necessitate compulsi propter ipsum suum familiæ: tunc officialis, quantumvis ex officio suo, immo iuratus tenetur denuntiare delinquentes, non peccat, si istum non denuntiat; quia lex positiva humana non intelligitur esse contra charitatem, etgo similis casus intelligitur exceptus. Nec facit officialis contra officium suum, vel iuramentum; quia sicut lex intelligitur, excepto simili casu, sic officium, & iuramentum officialis intelliguntur, excepto eo casu.

Alter casus est, quando delinquentes contra leges humanas sunt consanguinei, cognati, vel affines, aut etiam amici, atque comiticii corum, qui leges, vel statuta considerunt, quia etiam in eo casu intelliguntur excepti. Extra hos casus peccant officiales, si delinquentes non denuntiant: faciunt enim contra officium suum, & contra iuramentum, quod praestitunt. Item faciunt contra bonum publicum; nam damnum sequitur in Republica. Si roges, an peccent, nisi denuntient eos, qui faciunt contra leges, qui reuera si petent facultatem faciendi contra eas leges, obtinerent eam? Respondet peccate, qua ex vi sui officij, & iuramenti tenentur eos denuntiare; sibi vero imputent delinquentes, qui cum possent facultatem obtinere, neglexerunt.

Dubium secundum, An is, qui accusare, denuntiare, vel querelam porrigitur tenetur, si preium accepit, ne accuset, denuntiet, vel querelam porrigit, teneatur in conscientia ante condemnationem iudicis illud preium acceptum restituere? Respondet, huius dubij solutionem esse nobis traditam in *tractatu de restitutione in communis, par. 2. capit. 2. dub. 2. & 3.* & in præsentia breuiter dicimus non esse obligatum ad restitutionem, quamvis sit multorum opinio, ut loquuntur in vitroque dubio ex iuste communi ciuiti, vel canonico, naturali, aut diuino: nam ex vi alienius specialis statu potest esse obligatio restituendi illud preium acceptum in conscientia.

Dubium tertium, Utrum, si quis preio accepto pro accusando, vel denuntiando, calumniosc accusat, vel denuntiet, teneatur restituere preium acceptum? Respondet, etiam dubij solutionem esse a nobis traditam loco supra citato, & iuxta ea, quæ ibi diximus, respondemus breuiter, eum non esse obligatum in conscientia ad restituendam ante condemnationem iudicis contra opinionem multorum. Ex loquuntur in vitroque dubio ex iuste communi ciuiti, vel canonico, naturali, aut diuino: nam ex vi alienius specialis statu potest esse obligatio restituendi illud preium acceptum in conscientia.

Dubium quartum, An si officialis, sive publicus minister ex officio suo obligatus ad accusandum, vel denuntiandum reum, teneatur in conscientia soluere eam penam, ad quam damnaretur reus ille; sive delinqens, si ipse officialis accusaret, vel denuntiaret? Sunt duas opiniones.

Prima afferit, enim non esse obligatum. Sic Navarrus in *Manuali capite vigesimo quinto, num. 34.* & Sylvestris verb. *restitut. s. question. s. vers. 7.* & vterque citat pro se. Bernardinum.

Secunda opinio ait, eum esse obligatum in conscientia ad soluendum eam penam. Sic Medina in *restitutione, questione 12. circa finem, & quasi 15. prope finem, Angelus in verb. pena, num. ultimo.* Sylvestris sibi ipsi contrarius in *verb. pena, num. ult.*

In hoc dubio omnes contentiunt, quod si pena, ad quam esset delinqens damnandus, sit corporalis, qualis est pena exilio, carceris, vel verberum; tunc officialis non tenetur eam penam soluere, eniam si non denuntiaverit delinquente. Tota igitur difficultas est, quando pena ad quam esset damnandus delinqens, est pecuniaria, & de hac mihi videtur probabilior.

Secunda opinio, nimirum est obligatum in conscientia officiale ad eam penam soluendam.

Primo, quia reuera huiusmodi pena solet esse applicata ex legibus, vel iure, vel alicui tertio, qui emit penas pecuniarias, ad quas solent delinquentes dannau, vel alicui pro loco. Sed tunc officialis contra officium suum, & iuramentum impedit, ne isti acquirant suum ius, quod habent in penas. Ergo officialis sic impediendo agit contra iustitiam commutatiuam, & consequenter tenet ad restituitionem.

Secundò, si iudex non condemnaret delinquentem ad penam pecuniariam, quæ est applicata alicui tertio, qui ius pecunis eam emerat, reuera teneretur soluerre eam penam, quia ex omni suo officio intulit damnum empori.

Tertio, quia quicunque iniuste impedit alium, ne consequatur rem suam, vel ius, tenetur ad restituitionem: sed huiusmodi officiales contra officium suum impedit, ne se fuscus, vel alius eam penam consequatur, ad quam ius habebat, ergo officialis in conscientia tenetur ad restituitionem.

Sed contra hanc nostram sententiam sunt argumenta. Primum est: pena nuncquam sententiam sunt argumenta. Respondeatur ei: reuera non est condemnatus, pena non debetur in conscientia, & consequenter officialis non tenetur eis solvere in conscientia. Respondeatur hoc casu penam habere duas rationes, nimirum rationem penæ, & damni. Comparatione delinquentis habet rationem penæ; & ita reuera nunquam in conscientia debet eam solvere ante condemnationem iudicis. Comparatione vero eius, cui est pena applicata, habet rationem damni: nam ei damnum infert, quatenus officialis impedit eum, ne penam, ad quam ius habet, affequatur.

Secundum argumentum est, quando duo sunt obligati ad restituitionem propter delictum, si principalis non obligatur ad restituendum, multo minus obligatur ille, qui est minus principialis. Sed in hoc casu concurritur duo personæ, delinquentis, & officialis; & delinquentis concurrens tanquam principalis: sed ille non obligatur ad soluendum penam ante condemnationem iudicis, ergo multo minus obligatur officialis. Respondeatur, falsum esse, officialem in hoc casu concurrens tanquam minus principalem, quia reuera concurrens per se principaliter, tanquam ex officio suo obligatus ad evitandum damnum eius, cui est illa pena applicata: & delinquentis concurrens tanquam principalis etiam, sed ex alto tamē capite, nimirum ratione delicti, cui per legem est pena inflcta, & ita non est murum, delinquentem non obligari ad soluendum penam, nisi post sententiam iudicis, & tamen obligari officialem ad restituendum in conscientia, quia officialis obligatur ratione damni, quod infert, impediendo contra officium suum, ne alias affequatur suum ius: sed delinquentis solum est obligatus ad subsecundam penam post condemnationem delicti.

Est tertium argumentum: Officialis in non denuntiando, solum peccat contra iustitiam legalem, quia ex lege tenetur denuntiare: sed sola violatio iustitiae commutativa inducit obligationem restituitionis; ergo non tenetur officialis in conscientia ad soluendum penam. Respondeatur, falsum esse, in officiali sola esse violationem iustitiae legalis, quia etiam violat iustitiam commutatiuam. Nam cum eligitur ad officium, & ipse in electione consentit, contractum celebrat in virtute, ex cuius vi tenetur ad soluendum damnum, quod patitur vel communitas, vel pars, cui per leges est illa pena applicata, & consequenter debita. Et proinde cum pena sit applicata vel sifco, vel alicui tertio priuato, officialis impediendo, ne vel sifco, vel ille tertius affequatur penam delinquentis, facit contra officium suum, & consequenter contra contractum in assumptione sui officij, quod est violare iustitiam commutatiuam.

Dubium Quodrum, An huiusmodi officiales peccant, & teneantur ad restituitionem, si leuis delitosse occurrunt, ut libetius peccant contra leges cetere, ut deinde ipsi ex leuis delitosse occurrunt?

prodeentes capiant eos? Respondeatur huiusmodi officiales sic leuis delitosse agentes peccate, quia reuera sic leuis delitosse agendo, prebeat occasionem cetere liberis agenti contradi leges: hoc autem intendere, quando leges obligant in conscientia, peccatum est. Item, prebeat occasionem infra di maius damnum Republicæ. Hoc autem intelligimus in casu, quo cetere facientes contialleges bona fide ignorantis infidias, quibus se officiales occulant: quia reuera si ipsi etiam noverint similes infidias fieri communiter solete ab huiusmodi officiis alibus; tunc non videntur nisi peccare officiales, tendo huiusmodi infidias; quia sunt omnibus notæ, & sunt communis, & consequenter fibi impudent, quia eas ignorant.

Secundò dicimus, officiales huiusmodi infidias vendentes non obligant ad aliquam restituitionem faciendo dampnorum, si condemnati maiorem penam soluerint nam huiusmodi officiales ex vi sui officij non sunt constituti ad soluendum bono delinquentium, sed bono Republicæ: & ita nos sunt obligati ad restituitionem damni, si quod pauci sint delinquentes: nam illud damnum patiuntur ratione delicti, quod sua sponte commiserunt: sic sentiunt Mediana & Nanatius loco supra citato.

Dubium sextum, Virum pacium, vel iuramentum de non accusando sit validum? Respondeatur ex Glossa communiter recepta in cap. Quoniam modum de iuris curando: si pactum, vel iuramentum sit de non accusando delicto petrandio, id est, quod imminet, ac pendet in futurum. non valete, quia est contra bonos mores, & bonum commune immō, sic paciens, vel iurans peccat mortaliiter, milie ignorantia excusat. Si vero pactum sit de peccato iam perpetrato, quod nullo modo pender in futurum, neque damnum ex ea timetur, tunc pactum validum est, quia tunc non datur occasio peccandi in futurum.

De modo procedendi per denuntiationem.

CAPUT XXI

DE N V I T I A T I O à Canonis in capite Novi, de iudicis, communiter dividitur quadratam, ut alia sit Evangelica, quia sit per Evangelia inducita, iuxta illud Christi Domini, Matth. 18. (Si peccauerit in te frater tuus, &c.)

Secunda Canonica quæ sit per Canonis introducta, quæ procedit specialiter, vel gen. alter, vt removatur quis ab officio, dignitate, beneficio. Item, vt Clerici, vel clericorum cunctis acceantur. Item, quia denuntiatur alicuius promouendi indignitas, ne eligatur, ordinetur, institutetur, confirmetur. Item, quia denuntiatur alicuius quod impedimentum matrimonij, ne iacte duos, vide cet., qui volant coniugio, contrahatur matrimonium, vel vt iam contractum dissoluantur.

Tertia judicialis, quæ procedit iudex contra malefactores, vt criminis pena publica puniantur, vel quæ procedit iudex, vt alicui priuato competens satisfactio reddatur in eo, quod sua interest.

Quarta regularis, quæ procedit in regularibus ordinibus contra ipsos Religiosos iuxta eorum Constitutiones, & Regulas. Sed reuera huius divisionis membris coincidunt, nam Canonica, & Regularis potest esse judicialis. Reclus igitur secundum Theologos denuntiatio bisuam diuiditur, vt alia sit, quia crimen denuntiatur Prelato tanquam patris, ad emendationem proximi delinquentis: & hec sit iuxta ordinem institutum à Christo Domino. Matth. 18. illis verbis: (Si peccauerit in te frater tuus, &c.) Alia vero judicialis, quia crimen defertur ad Prelatum tanquam iudicem, quia fieri aliquid solet ob publicam punitionem etiam, aliquid et pars offensis competenter satisfaciendum obtineat: aliquando, vt quis tanquam indignus officio, dignitate, vel beneficio priuetur, vel ne quis indignus ordinetur, eligatur, institutetur, confirmitur, vel ne duo Canonici impedimentum habentes matrimonij, coniugio copulentur, aut iam contracto vrantur, vt de his omnibus casibus dicam infra, dub. 3. & 4. Et de hac definita-